

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Ivstitia Et Ivre, Continens Tractatvs De Prvdentia, Fortitvdine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutatiua, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

VII. De censu emptitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

Sumicur ex capite licet Heli de simonia & leg. fin. Cod. de fidei-commiss. libertatib. vbi deciditur sententiam Iudicis libello conformandam esse : at creditor petere non potest, vt sibi debita quantitas solvatur, quia iudicatur vnum ex illis alternatiue esse debitum, cum tamen quantitas determinata debita sit, & nullo modo census. Ergo Iudex condemnare reum non potest, vt certa quantitate praestaret, vel censum solvatur. Item in leg. 1. & socias. ff. de usuris. Paulus determinat posse Iudicem condemnare reum ad usuram solutionem, ex eo quod sententia non parerit. Ratio vero est potest, quia Iudex sua sententia censum creat obligando debitorem ad illius solutionem. At nequit Iudex obligare debitorem ad solutionem census, qui neque a ditorie debitus est, nec eius delictus eam condemnationem meretur, quippe ante sententiam & declarationem debitum delictum commissum non est ; & quamvis delictum commiserit debitum non solvens alia via puniri potest quam census obligatione, aliisque via virgari ad debitum solvendum.

3 Ceterum omnino tenendum est censum creari posse sententia Iudicis, si sors debita eius conditionis sit, ut ex illa conventione, & pacto census valet constitui, vt docuerunt Alexander in leg. stipulatio ita. Alteri num. 16. & 17. ff. de verbis obligat. Tuaque in leg. si unquam verbis reverteratur, num. 291. Cod. de renunciacione donationib. Samiento lib. 6. select. cap. 6. num. 6. prine. Gaspar Roderic. dicto lib. 1. q. 16. num. 22. & seq. Auedano tract. de censib. Hispan. cap. 40. num. 9. ex parte Narr. comment. de usur. num. 99. & alijs relati a Feliciano. super Moutor; quia Iudex competit debitorem virgare, vt suo debito, & obligationi satisfaciat; at debitor quantitatibus, ex qua soluta census a creditore emi potest, obligari interim dum illam non solvit compensare census qui creditori cedit, quia tenetur compensare lucrum cessans. Quod verum est tanetii creditor solitus non fit negotiorum, quia obligatio compensandii lucrum non prouenit ex eo quod creditor negotiacioni incumbat, vel non, sed ex eo quod vere lucrum celit, & debito illius sit causa. Ergo Iudex condemnatus ad quantitatem solvendam, & interim ac non solvitur ad pensionem censualem, & condemnat ad id ad quod alii debitor obligatur, id est non est censensus debitor in ea condemnatione grauari sed potius leuius, cum non obligari praesertim ad quantitatibus solutionem, sed permititur eius dilatio pensione soluta. Et confirmo, facta condemnatione judiciali de solvenda sorte optimè posse cum creditore conuenire de solvenda pensione interim ac sortem non solvit, vt pnp. praecep. diximus, sed census qui conventione constituit potest a sortitione poterit officio Iudicis, quia a contractu ad sententiam recte argumentum procedit. leg. ff. procurator. ff. de procuratorib. leg. 1. vbi Bald. Cod. de sentent. quis sine certa quantitate. Ergo haud modi census sententia potest constitui.

4 Neque fundamentum contrarium virget Nam ad cap. lices. Heli. & ad leg. fin. admitto sententiam libello se conformare debere, neq; tamen creditorum non posse petere census constitutionem non quidem absolute, sed interim ac quantitatibus debita illi soluta non fuerit. Ad leg. 1. & socias. ff. de usuris responderet Roderic. dicto lib. 1. q. 16. num. 27. loqui Textum de usuris odiosis, & debitis officio Iudicis, quas Iudex non spectat nisi ad partis instantiam. Secus effet de usuris debitis occasione lucri cessantis, nam haec tanquam sorti accessio-ri praecepit postum solvenda. Sed apertius responderet praedicto Textu Auendano d. cap. 40. num. 19. dicenti locum qui pecuniam communem invaserit, & in propriis viis convertit, etiam mora non interveniente, debete usurias praestare, sed non obinde inferunt debere Iudicem ex officio suo condemnare eum, vt si debitus non rediderit, & condemnatus sententia non parerit, futuri temporis perdantur usurias cum in potestate sit actoris iudicatum exigere, & ad Iudicis officium non spectet futuri temporis tractus. Ratio vero ex probacione nostra sententia soluta est. Nam etsi census debitus non sit formaliter, quia est constitutus, debetur tam in virtute, quia debetur illius cessationis compensatio-

5 Porro si sententia data de solvenda pensione interim ac debitum non fuerit soluum, cognitum fuerit sententiam ex errore processus non obligari census solvere, quia cessavit causa ob quam obligatio inducta est, concediturque tibi repetitio indebiti soluti, quia debitus non fuit, neque inde impugnas sententiam, sed eius errorem, & falsitatem. Ut optimè resolut post Barri. Iafonem, & alios Petri. Surdus. cons. 68. num. 16. Gaspar Roderic. lib. 1. de annuis redditib. q. 16. num. 1. & seq. Felician. lib. 2. de censib. capite 1. num. 2. & 2. rius. lib. 1. cap. 4. num. 5. Auendano tract. de censib. Hispan. 6. 41. per totum.

PUNCTVM VII.

De censiū emptio.

- 1 Est graui difficultas quid in hoc censiū sit venditum. & in-
- 2 Plures existimant bona ipsa censario vendi sub obliga-
- 3 Sed contrarium est omnino dicendum.
- 4 Soluitus fundamentum oppositum,
- 5 Census emptitus alius est realis, alius personalis,
- 6 Personalis alius pecuniarius, alius fructuarius,
- 7 Census personalis, vel realis, alius perpetuus, alius tempo-
- 8 Alter redimibilis, alter irredimibilis,
- 9 In censiū dubiū credendum est censiū non personalē, & na-
- 10 Quid de censiū redimibili, vel irredimibili?

Censum emptitum appellamus, qui pecunia formaliter, & vel aequaliter emitur : sicut si emetes a Tio in hunc annos solvenda centum. Difficultas autem est quid Tius in ea censiū constitutio vendat, an bona ex quibus censiū solvendus est, an ipsa pensione solvendus, an ex ei- gendi casis pensiones ?

Non desuerunt qui existimarent bona ipsa vendi, & quid breui manu in censariis transferri sub obligatione pensionis solvenda. Sicut videtur docere Palacio Rubios leg. 68. Tauri. num. 2. & ibi Anton. Gomez. num. 2. D. Pérez in Rub. sit. 2. lib. 8. ordinam. ag. 33. Matieno. leg. 3. tit. 1. lib. 1. coll. 1. Mieres de maiorib. 2. p. 4. 4. 0. num. 1. Albornoz. lib. 3. de arte contract. tit. 2. del censiū ad quatuor. Salazar. de o. & consuetud. cap. 11. num. 91. Castro de annona vnu. in print. num. 25. Dicuntur quia nihil est quod praeter censiū subiectum vendi possit. Nam vendis quod ab tempore venditionis habes, at nihil aliud habere videbis quod venditum subiectum praeter res censiū subiectas, ergo illas vendis. Minorem probo, nam fructus ex rebus colligendos non possides, neque illos vendere intendis, alias eo anno quo fructus deficerent, deobligatus es in censiū solvendo, praterquam quod census plenius non in fructibus, sed in pecunia solvit. Addo te dominum esse fructuum, quicunque censualiter tradis. Deinde nequis vendere ius percipiendi pensiones, quia hoc ius ex venditione resultat. At quod venditur venditione praemitti debet riposte eius obiectum.

Restat ergo, vt res ipsa censiū subiecta vendantur : faneque textus in ambienti, in qui obligata. §. quoniam. ver. dicta. iuncta expositione Accurij; vbi nomine reddimus emptio in intelligi fundos redditus afferentes. Et in leg. 3. tit. 1. lib. 5. noua collecti. vbi de emptoribus censum inquit, las-heredales que compran. Addo communem esse sententiam gallarum debitam ex hoc contra solvendum esse, vbi bona censiū supposita fuerint, ergo signum est bona ipsa vendendum ex bonis venditis debeantur.

Nihilominus omnino tenendum censco bona censiū sup-posita nequaquam vendi, neque item vendi peniones an-vas, sed ius percipiendi ipsas, & obligationem ex parte censarii illas solvendi, que fuit sententia Couarni. 1. vas. cap. 7. num. 1. Felician. de censib. lib. 1. cap. 4. num. 1. Ignati La-zarte de decima. venit. cap. 11. num. 4. Menoch. lib. 1. de pa-sumpt. prae sumpt. 107. num. 2. decif. Pedemont. 15. 4. 2. p. Molin. tract. 2. de iusi. disp. 3. 2. per totum. Gaspar Roderic. lib. 1. de an-bris redditib. 4. num. 6. Ludovic. Velazq. de Auedano. tr. de censib. Hispan. cap. 17. num. 9. Et in primis bona non vendi-menti manifeste probatur, quia bona hypotheca subi- ciuntur. At nequit quis dominium, & hypothecam habere in eadem re, cum hypotheca presupponat dominium ad alterum pertinere. leg. sextante. §. fin. ff. de except. rei iusta. Ne-que obstat, si dicas prius empta bona esse, & breui manu renditori redditum, quia nihil de hac empione contrahentes eggerunt. Solum enim intendunt bona censiū solutionem hy- pothecar, non vendere satis plerumque vilissimo pretio res magistris estimationis vendentur. Neque fictio illa breui manus inducenda est, cum haec fictio non factio hominis sed legi inducat. Ut pluribus comprobatur Roderic. d. 3. 6. At nulla est lex cam fictio ostendit. Quod secundum pen-siones sive vendita optimè probatum est a superiori senten-cia, & superest vt dicamus obligationem solvendi peniones, & ius illas percipiendi venditum fore. Neque obstat illa plad & obligationem ex venditione nasci, quia esto ex venditione nascatur actu, & formaliter, venditioni ramen presupponitur actu, & potentia, & hoc sufficit vt vendi possit, hec venditum ex praedio usurfructus, & ius emphyteuticum, quod solum in potentia venditionem antecedit, non ramen actu & formaliter, siquidem ipsa venditione constitui-

Ex

Ex his solutum est fundamenum contrariae. Ad Textum in Aubert. ut hi. negamus nomine reddituum fundos Accursum intellectis; ne cum dixit redditus, id est fundos; voluit significare curatorem obligatum esse pecunia comparare minori redditus, vel fundos redditus afferentes. Ad leg. reg. 2. respondet potest verbum illud *comparare adiecum dominibus*. & haec redditibus in proprio sumendum esse, quatenus ex eo quod ius percipiendi pensionem ex illis dominibus & haec redditibus emptum est bona ipsa empta censetur ex regula illa vulgaris qui in hanc in re rem ipsam habere videtur. Sic responderet Auendaño tract. de censib. His postor. cap. 1. num. 1. Sed Germanus est responsio; quam adducti Gaspar Roderic. lib. de annis redditibus quas. 4. numero 6. in hoc inquit enim dictam legem defumptam esse ex quadam petitione oblatam Toletri curis anno 1539. petitione ita cuius verba sunt. *A si mismo se excusarán muchos pleitos sabiendo los compradores los censos, y tributos, e impostas, y hypothecas que tienen las casas, y heredades que compran.* Quā posita lectora cum ibidem non multo distet verbum illud *censo*, coniuncta superflue à compilatore fuisse additum, expungitur debere, coque expungo nihil contra nostram sententiam ex illa lege colligitur. Ad illud vero quod de solutione gabelae dicatur, respondere fatigatus est ut percipiendi pensiones, quod est venditum annum esse rebus earum solutorio hypothecatis, ut inde inferatur gabellam deberi illis in locis, vi bona hypothecata existunt.

Hic census dividitur in *realis* & *personalis*. Census *realis* est qui in re aliqua determinata constitutus, & ex ipso debetur à quo cumque possideatur. Econtra *personalis* personam afficit, quod ad solutionem obligatum ex quibuscumque bonis habuerit; in cuius census securitatem (olet hypotheca adiici, vi ex ipsa census solutus, cum à censu recuperari alterius debitus non potest).

Deinde personalis census dividitur in *fructuarium*, & *pecuniarium* pro duecunt pensione soluenda. Si enim pensione soluenda est in fructibus dicuntur fructuarios, si in pecunia dicuntur pecuniarios. Hic *fructuarium* census alias est *omnino determinatus*, alias *indeterminatus*. Census *determinatus* dicitur, cum certa, & determinata quantitas fructuum soluenda est, siue annus abundet, siue steriles sit; *indeterminatus* est, cum ex indeterminato eventu pendeat, ut si soluenda sit quarta pars fructuum colligendorum. Nam cum in certum sit, quod colligendi sit, incertum etiam est quod fructus quarta pars continebit.

Præterea census realis, vel *personalis*, alias est *perpetuus*, alias *temporalis*. Census *perpetuus* nullum terminum haberet, sed ex se in perpetuum durat. *Temporalis* tempore absolutus, tempore inquam vel certo, & determinato; ut si ad decem, vel viginti annos census constitutus sit, vel incerto, & indeterminato, ut si ad vii, vel alterius vitam constitutus sit, siuti frequenter ad vitam censuallam solet constitui, quippe census vitalitas nuncupatur.

Ritua hic census sive *perpetuus*, sive *temporalis*, alter est *redimibilis*, id est qui pro voluntate venditoris redimi potest, alter *irredimibilis*, qui nequit in iusto empte redimi: De his census diuinitatis videri possunt Couartuu. 3. var. cap. 7. Molina. tract. 2. disp. 38. § 38. Felician. de Solis de censib. lib. 1. cap. 4. num. 15. Salas deconstr. tract. de censib. dub. & aliis.

Cum vero dubium est. An census realis sit, an *personalis*, cedendum est realem esse. Tum quia hic census honestior est, & censuarium minus gravat, & creditori pensionem securiorum redit, tametsi contra sentiat Auendaño, tract. de censib. cap. 2. num. 8. Si autem dubitetur, an sit *perpetuus*, vel *temporalis* ad vitam, *temporalis* semper iudicandus est; ex leg. temporis in obscuris. ff. de Regulistica, quia in dubio semper pro eo quod minus & levius est presumi debet. Et nota tauta expreſſe Gaspar. Roderic. lib. 1. de ann. redditib. quas. 15. num. 19. Si vero dubium sit, an census sit referendus, vel emptius, emptius iudicari debet ob eandem rationem, & adiutori Roderic. d. q. 1. num. 40. Couartuu. 3. var. cap. 7. numero 1. Menoch. lib. 3. p. 106. num. 3. Mafcard. de probat. conclus. 28. Auendaño. de censib. cap. 22. num. 20. Sed an pecunia constitutus, ad donatione, legato, permutatione, transactio[n]e &c. Vetus est pecunia constitutum esse præsumendum. Tum quia frequentius est his constitutio[n]is modus, & a frequentioribus præsumpto sumi debet. I. certi conditio[n]is, §. si minor. ff. si certum petatur. Tum quia minus prædicare potest censuarium. Hec tamen præsumpto veram, & legitimam probationem non constitutum. Quare pretendens census pecunia constitutum esse, oportet ut ultra hanc generali præsumptionem alia via intentionem funderet. Ut dixit Roderic. num. 42.

Posito autem censum pecunia constitutum esse, an sit redimibilis, vel irredimibilis iudicandus? Respondeo; si de præcio constat omnia dubium cessat. Nam cum premium census irredimibilis sit duplo maius, quam redimibilis, nequit census ad rationem viii pro quatuordecim constitutus irredimibilis indicari, neq[ue] è contra constitutus ad rationem viii pro 30. redimibilis censeri, vt colligitur ex leg. regia. 7 tit. 1. § 1. lib. 5. non collect. Et resoluti Gaspar. Roderic. de redditib. lib. 1. q. 1. §. num. 47. Velazquez de Auendaño, tract. de censib. cap. 18. num. 4. Si vero non constat de precio; quia probatio census annuis præstationibus ad longum tempus continuatis inducit, standum est confessant recipiunt, vel soluentis penitentem, qui si fateatur alterio non contradicente annuis præstationes fieri ex obligatione census redimibilis, censum redimibilem indicabis. Secus eft si fateatur ex obligatione census irredimibilis pensiones solvi. Quid si nee de hac confessione constiterit, sed solum pensiones receptas esse ex cen- su perp[etuo] Gaspar. Roderic. d. q. 1. §. num. 48. censer redimibilem esse iudicandum. Tum ex reg. leg. imper. ff. de Regul. iuris. Tum ne occasio detur creditoriis occultandi scripuras censum; vt inde probent postea census irredimibilis esse. Sed rectius contrarium docuerunt Felician. de censib. lib. 2. cap. 5. num. fin. Auendaño tract. de censib. cap. 18. num. 5. & colligitur aperte ex rationibus quas Roderic. num. 46. post Crayeram, Conradum, Sotom, atque Menoch. adducit; inquit enim censum in calo dubio perpetuum, & irredimibilem esse iudicandum, quia emptione, & venditione firmatur, quæ constituent contractum de se perpetuum, & irreuocabilem. Deinde pacrum redimendi cum pendas ex facto numquam præsumuntur. leg. 2. Cod. de patiis. Præterea census irredimibilis longius absit ab usuriarum periculo, quam census redimibilis. Ergo pro irredimibili præsumptio stat debet.

PUNCTVM VIII.

An census temporis cursu constitui possit?

- 1 Aliqui censurunt ex continuatis præstationibus per longum tempus conum constitui.
- 2 Verius est constitui non posse abque concomitantia.
- 3 Quod verius est etiam in præstationibus immemorialis tem- poris.
- 4 Ex causa decensis constitutus.
- 5 Competit censuario errorem tenui probare.
- 6 Proponitur obiectio adversus supra dictata.
- 7 Soluitur.
- 8 Causa specifica contractus exprimenda est, cum annis pra- stationes soluantur; ut census temporis cursu consti- tuatur.
- 9 Hac causa valida esse debet saltem præsumptio.
- 10 Quid dicendum in præstatoriis à vasallis facta?

Hucusque enumerauimus modos quibus census consti- tuitur, superest inquietum, An ex temporis cursu censetur aliquo ex illis modis constitui?

Non desit qui tentant ex continuatis per aliquot annos præstationibus etiam abque titulo & causa obligationem in futurum induci. Nam esto tempus per se non tollat, neque inducat obligationem. leg. obligatio in futura. §. placet isti de obligacionib. & actionib. probat tamen induciam esse argum. leg. cum de in rem verso ff. de usuri, vbi Papian. inquit Ideo soluen- das usurias Antonius indicavit, quod eni[m] dominus, vel pa- ter longo tempore præstisset. Ergo ex solutione longo tempo- ri prædicta obligatione soluendi in futurum inducitur. Sic Be- nedictus Bonus tract. de censib. lib. 1. art. 1. n. 67.

Nihilominus verisima est, & omnino tenenda lenitudo, neq[ue] negans ex præstationibus continuatis per longum tempus abque causa concomitantia, hoc est abque eo quod exprimantur facta tanquam debita nequaque cogendum esse soluentem, ut in futurum solvatur, quantumvis recipiens allegat ex censu perp[etuo] debitas esse, sed id oportet probare. Si- cicut docuit Bart. in dicta leg. cum de in rem verso. Baldini leg. §. certis annis. Cod. de patiis. Couartuu. in reg. possessor. 2. p. 8. 42. num. 1. in 1. conclusi. Menoch. de præsum. lib. 3. præsumpt. 13. 1. num. 54. Mafcard. de probat. conclus. 13. 72. num. 11. 5. & conclus. 27. 9. num. 11. Gaspar. Roderic. lib. 1. de annis redditib. q. 1. §. num. 2. Auendaño. de censib. Hispania. cap. 1. num. 2. Salom. 2. 2. q. 7. 8. art. 3. de censib. contrav. 2. circa finem Salas. tract. de censib. dub. 4. num. 5. & alij apud iplos. Et ratio est manife- sta, quia illa pensionis continua præstatio gratis fieri potest, vel faleste ex causa obligationis temporalis que iam finita sit. Ergo ex illa prædicta induci non potest obligatio in tem- pus futurum; oponebat enim probare præstationes illas ex obligatione perpetua factas esse, iuxta leg. ad probationem. Cod. locati. Neque contrarium colligitur ex leg. cum de in rem verso. ff. de usuri: nam ibi præstatio decencio continua caufata fuit ex causa usurarum, ac proinde mitum non est, quod Antonius iudicauerit in futurum solvi debere. Secos est, quando nulla causa præstationis adiungitur.

Temporante autem Felician. alias relatis, lib. 2. de censib. cap. 3. num. 2. Anton. Gab. lib. 5. commun. opinat. de præstrib.

concl.